

Johann Festing

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Festingius, Suo & Rev. Concilii nomine De Igne fideliter custodiendo Et Bombardis In Urbe Non Displodendis Cives Academicos, ac Studiosam Iuventutem serio atq[ue] ea, qua par est autoritate admonet**

Rostochii: Wepplingius, [1689]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742268292>

Druck Freier  Zugang



1689





*ad leges Brasen.*

PROGRAMMA

*2<sup>vo</sup>*

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

JOHANNES FE-  
STINGIUS,

Suo & Rev. Concilii nomine

DE

Igne fideliter custodiendo

ET

BOMBARDIS  
IN URBE NON  
DISPLODENDIS

*Cives Academicos, ac Studiosam Juventutem  
serio atq; eâ, quâ par est, auctoritate  
admonet.*



ROSTOCHII, Typis JOHANNIS WEPPLINGII,  
Acad. Typogr.





Agna continuis gaudiis *fiducia* inest, quibus occæcati hominum animi non ad futura mala respiciunt, sed securè satis sine ullo metu affectu inanes præsumunt infortuniorū eventus. Quinimò nec minus tales adolescentium animos experimur, dum meticulosos de aliquibus rebus conceptus facilè calore hujus ætatis exhauriri cernimus. At diversa longè ratio eorum est, quos mala sæpius fortuna tristisq; rerum eventus terruit; ubi spes vana, anceps votum, inq; gaudiis lacrymæ tanta fuerunt iustissimi timoris præcepta. Sanè sicut unaquæq; res licet motu sit difficilis, si mota tamen sit, facilè volvitur: ita sine magno negotio movetur animus metuq; afficitur, dum plurimis antè malis commotus est. Quid autem dicendum erit, si ad priorum malorum memoriam reducantur animi? Hic certè facilior metus est, cum factum aliquod suspicandi priorum occasionem quantulamcumq; præbuit. Quapropter non magis ulli nec sollicitiùs providere student, quàm qui talia passi prudentiâ pollent, & perpendunt futuros rerum eventus. Horum consilii salutaribus juventuti agendorum normam statui fas erat, nec non omnis ætas ambiguæ fortunæ bene memor moneri poterat, ne solis tuis bonis confidat, imò ne suam per *fiduciam* augeat aliorum metum, aut invidet eorum securitati, quorum tristes animi tristia futura cogitant. E-  
quidem, Cives Academiae lectissimi! quæ non infortunia diu inclyta hæc Rostochiensium Civitas perpeffa est! ô amabile Musarum domicilium! quis tua lætis oculis busta aspiciet? quis circa deformia tua rudera, circa infortunii tui monumenta non ingemiscet? Proh duram rerum vicissitudinem! nunc campus est ubi tanta modò ædificiorū ornamenta erant, unde Urbis pulcritudinē deprædicabant advenæ, unde sibi gratulabantur cives avitæ felicitatis heredes

des lætissimi. Sed magis merito hinc perterritos eos animadvertimus, quibus *manet alta mente repostum* quo horrore viderint terribiles flammæ, quibus erroribus percurrerint civitatem cives, quâ perplexitate tulerint sarcinas, reliquerint divitias, repetitum iverint istas eheu! ubi jam flammis, ruinis, ac favillis omnia correpta, corrupta, ac cooperta fuerant. Sanè urbem tunc dereliquisse sine auxilio perituram; spe nullâ superstitie expectasse per templorum per curiæ summitates flammarum turbines; non aliud ampliùs tristi animo voluisse, quàm illud triste Virgilianum:

*Ceciditq; superbum*

*Ilium & omnis humo fumat Neptunia Troia:*

quis non fomentū dixerit trepidæ recordationis, quis non argumentum agnoverit metus perennaturi & augmentum curæ magis providæ? Merito igitur suum nobis desiderium exposuit Amplissimus Urbis Senatus, ut Cives nostros florentissimos studiosamq; Juventutem de *igne fideliter custodiendo & sclopetis in urbe haud displodendis* seriò admoneremus. Enimverò non ignotum est, quomodò undiq; conferantur Incendiorum nuncia, dum nostra Germania hodie flammis exhausta & pulcritudo ejus multis in locis tum per hostiles furores tum per incendiariorum scelera ad deformitatem redacta est. Quare suorum quoq; infortuniorum memoriâ nunc eò magis afficitur Prudentissimus Senatus; & quò ex parte nostratium, securitati suorum civium & totius Communitatis consultum sit, instantissimè contendit. Hoc autem quis non desiderium dixerit plenum consilii simul sapientis atq; providi, cum sequitur Superioris sapientiam & ex recentibus aliorum damnis exemplum sibi sumit, quò rectius sibimet expertis prospectum, imò quò modis quibuscunq; vastationi omnimodæ obviam itum sit? Sic eâ ratione motus Serenissimus Princeps ac Dominus

2 ) (

Dn,

**DN. CHRISTIANUS LUDOVICUS, Dux Megapoleos &c.**

Dominus noster clementissimus, hodie, eo ipso, dū cavere provinciis ab dolosis istiusmodi incendiis intendit, de præcavendis culposis statuit. Nimirum, quia provincialium vastationes commemorat, inde de remediis hinc locorum undiq; colligendis damnisq; arcendis clementissimè cogitat. Verba Edicti sunt: Wir CHRISTIAN LUDWIG / von G. G. Herzog zu Mecklenburg, etc. Fügen hiemit zu wissen / es ist auch männiglich / bevorab denen Reisenden / welche von andern Orten herkommen / bekandt / und geben es die wochentlich einlauffende Gazetten oder Avisen mehr als lieb ist / zuvernehmen / welcher gestalt sich wiederumb so viel gottloser Buben und Mordbrenner nicht allein auffer / sondern auch innerhalb dem Römischen Reich Teutscher Nation, so gahr schon in der Nachbarschafft finden / welche mit Feuer anlegen allenthalben überaus grossen Schaden thun / daß ganze Dörffer / Flecken / und grosse Städte in Feuer auffgehen und in die Asche gelegt werden / Damit nun solches grosses Unheil (incendiorum nempe, eorumq; in genere) Unsere Lande und Leute nicht betreffen / sondern nechst der gnädigen Verleih- und Bewahrung des lieben Gottes / durch Wachtsam- und Fürsichtigkeit abgewendet werden möge / Als wollen wir aus Landes Fürs. Obf. alle und jede zu anfangs benandte hiemit wollmeintlich gnädigst gewarnet auch ernstlich anbefohlen haben / auff den Aemtern und Gütern und Dörffern / auch in den Städten / in Häusern / Scheunen / und Ställen auff Feuer und brennendes Licht / wenn sie dasselbe unumgänglich nöhtig haben und gebrauchen müssen / genaue achtung zugeben / die Feuerherdte / Zwiibogen / Darren und Boden / auch Schorstein / welche zu täglichem Feuer und zum Brauen / und Brandtwein brennen nöhtig thun / tüchtig machen zulassen und woll ver-  
wahren

wahren etc. Damit das Feuer keinen Schaden thun könne/zu dem Ende eine jeder mit dem Licht behutsam umbzugehe etc. Dehinc demum de Incendiariis von Nordbrennern deq; observandis Zingaris, vagabundis, mendicis & aliis, qui suspecti sunt, statuitur; verb: Darnechst soll ein jeder hoch- und niedrig Standes etc. tum ultimo loco in cautelis rursus circa fidelemignis costodiam inculcandis finis est. At verò maximè commoti sunt Patrum Conscriptorum inclytæ hujus Civitatis animi, ubi scloperis toties in urbe etiam noctu displosis civium quies turbata legisq; autoritas læsa est. Hic vestra arguuntur facta Nobilissimi Juvenes! qui non experti licet ætatis molestias, temporum tamen ærumnas & parentum querelas potueratis perpendere, discereq; inde, quò minùs contemneretis merum eorum, qui providi ex præteritis contra futura mala sunt Equidem respicite ad tabulam legum Academicarum quibus observandis obstrinxistis fidem vestram atq; conscientiam! Attendite quomodo moneamini, dum præceptum legitis: *Bombardæ, ut discrimen inter togatam nostram & sagatam militiam sit, noctu cum primis, in civitate nequaquam disploenda.* Et alibi: *Si quis in Civitate bombardam disploferit, eà privetur, & qui globum noctu ejaculatus fuerit, huic relegationis pœnam denunciamus.* Nec minùs huc pertinet supra laudatum Serenissimi Edictum in verbis: *Wie denn auch ein jeder/ er sey wer er woll mit den Röhren/ Flinten und Pistolen behutsam umbgehen/ und das Schiessen auff den Gassen und in den Häusern nachlassen solle/ damit dadurch keine Feuer verursacht werde.* Ecce, ratio nō una movere debuerat, quò abstinerent à prohibitis istiusmodi bombardū displosionib; Studiosi florentissimi. quippe considerandū erat, quomodò (sicut de Lycurgi institutis refert Xenophon) juniores ab experientiâ seniorum erudiendi, & (quod ait Tullius) ineuntis ætatis inscitia senum constituenda ac regenda prudentiâ sit. Et quæso, quid opponen-



nendum erit ex sententia juvenutis, sapientibus tot annorum prudentissimorumq; virorum consiliis, quibus tantâ (ut vident) autoritate calculus additur? Hic certè opinionibus certasse non minor inverecundia censenda, quam loco non decessisse; quâ tamen ratione (referente Tacito) certabant olim orationibus & memorabantur exempla majorum qui *juvenutis irreverentiam gravibus decretis notavissent*. Adeò igitur periculum factò inest; quapropter non immeritò jura hospitii observanda sunt, ubi tanta liberalitate studiis prospicitur, & promptissimè iis præbetur domicilium qui isthæc sectantur. At eò quempiam obligari modo ne pericula moveat, cur prolixius interpretaturi sumus, Nobil. Juvenes! maximè coram Vobis qui non ex ipsa tantum naturali ratione hæc omnia novistis, sed ampliùs ex sapientum scriptis edocti estis. Vestra quoq; hæc vita alios mores postulat; *discrimen est inter hanc togatâ vestram* (sicuti in legibus vobis dicitur) *& inter sagatam militiam*. Sic poterant meliori modo, si sine periculo, cava æra igne corusco tonantia promere jctibusq; crebris auras laceffere qui castra secuti per tales ignes, taliaque tonitrua victoriam sperant aut nacti sunt; At vestra victoria pacis est, nec alia vobis adeunda certamina sunt, nisi in quibus elegantia ingeniorum atq; eruditio probetur, simulqve innotescat, quibus vestrûm melioribus tum ecclesiæ tum reipubl. cura committenda sit. Imò rectiori mente cogitandum, adq; literariam diligentiam adhibendam & excludenda signa militaris animi applicandum illud erat, quod apud Poetam reperire est *Epist. lib. 2. v. 116.*

*Tractant fabrilia fabri.*


Honestam non invidemus convenientibus Commilitonibus hilaritatem, qui prorsus morosi esse nolumus: hac enim ratione non nescimus membra refoveri (ut ait Geofredus Linoceriùs *Mythol. Musar. cap. 4.*) instaurari humores, spiritum refici ac rationem expergefieri quodammodo

modo. Sed sicut detestamur *commestationes*, unde vi-  
tæ inordinatæ causa est: ita non immeritò ob oculos po-  
nimus quod veteres non tantum *sex vel septem convivium*  
& *novem condicium* dixerint. *vid. Carol. Animadv. nec non*  
*Jac. Oisfel. in A. Gell. lib. 13. cap. 11.* sed insuper ad honesta-  
tem magis quàm helluonum vitia composuerint animos.  
*vid. Jacob. Masen. lib. 3. famil. argut. ubi de recreatione convi-*  
*viali. per tot.* Perpendite Cives literarum & humanitatis stu-  
diosissimi, quænam vetus & laudata consuetudo fuerit τῶν  
χαρειῶν i. e. politiorum (quod proponit latiusq; deducit  
*Philipp. Carol. animadv. in A. Gell. lib. 6. c. 13.*) in conviviis dicta  
& jocos usurpare; vinoqve florentem animum argutis  
quove laceflere: *add. Job. à Chockier jac. histor. cap. 1. cent. 1.*  
& *Jac. Masen. alleg. loc.* Quo intuitu non concedimus mo-  
dò, sed persuademus usum sermonum philosophicorum,  
ut (quemadmodum ait *Plutarchus συμποσιακῶν libr. 1. qv. 1.*)  
Musis Bacchum diluant, quem animis revera *Μετρίχιον* &  
*χαριδότην*, hoc est, benignum & beneficium præstabunt.  
Eqvidem ô durum vestræ hilaritatis vel potius intempe-  
rantiaæ symbolum, si Martem in curru vehi solitum tan-  
quam in cohorte,

*quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello,*  
proposituri videamini. Nam Musæ potius sicut omnis o-  
lim literatorum ita vestræ lætitiæ præfides videndæ erant.  
Quis lubenti unquam animo fingere sibi voluit Martem  
inter Musas tumultuantem? Sed siquidem ultra sermo-  
nes vestra procedant hilaritatis signa, Annon, quæso, aliâ  
in re quàm periculosâ & suspensâ animò annon in Musarum  
potius quàm Martis exercitiis ostendenda erunt? Musæ  
torius sapientiæ moderatrices & carminum simul ac Mu-  
sicæ inventrices creditæ sunt: Quapropter musicæ  
magis amænitates, eaq; castæ tamen & moderatæ  
(*vid. Natal. Comit. Mythol. lib. 7. c. 15. p. 76. seq.*) in deli-  
ciis

cūis esse poterant quā bombardarum tonitrua vana, in-  
decora, periculosa, prohibita. Tandem Cives dilectissimi!  
ad vestram provocamus conscientiam: Quā non religione  
vos obstrinxit jusjurandum præstitum aut stipulatā manu  
data hujus fides? quā non pietate exhibendam magistratui  
obedientiam agnoscitis, qui conscientiae jura scrutanda  
vobis proposuistis & humanitatis leges præ ceteris habetis  
perspectissimas? Sed aëra tamen sonoribus transgressi-  
onum validis complevisse quis fronte sua factum probatu-  
rusest? quis non declinaturus isthoc quod publicè consci-  
entiam arguet? Satis hæc explicuisse nobis videmur,  
qui vestram conscientiam vos illæsam conservare: vestris  
ex virtutibus gloriam quærere: veras eruditorum vo-  
luptates, inq; iis vitæ studiosæ gloriam promovere: imò a-  
more virtutis potius quā pœnarum metu abstinere  
velle faciles credimus. O dulces animos, per quorum  
virtutes Judicis severitate opus non est! Tibi autem bene  
sit, Inclyta Rostochiensium Civitas! Tuæ salutis haud erim  
immemores, quando cogitamus nostram. Tu nostrarum  
Musarum dulce domicilium, resplende decus Megapolen-  
um, repete vires, restaure divitias, nominis inclyti tui  
famam tuere inter Civitates Vandalicas! Cunctis DE-  
US votis robur addat! P. P. Sub Sigillo Recto-  
ratus. d. XXII. Septembr. Anno  
M DCLXXXIX.

☞(o)☞






modo. Sed sicut detestamur *comm*  
tæ inordinatæ causa est: ita non im  
nimus quod veteres non tantum *sex*  
*Es novem condicium* dixerint. *vid. Car*  
*Jac. Oisfel. in A. Gell. lib. 13. cap. 11.* fec  
tem magis quam *helluonum* vitia co  
vid. *Jacob. Masen. lib. 3. famil. argut. u*  
*vali. per tot.* Perpendite Cives literarum  
diosissimi, quænam vetus & laudata c  
*χαιρίτων* i. e. politiorum (quod prop  
*Philipp. Carol. animad. in A. Gell. lib. 6. c. 1*  
& jocos usurpare; vinoque florent  
quoque laceßere: add. *Joh. à Chockier fa*  
*Es Jac. Masen. alleg. loc.* Quo intuitu n  
do, sed persuademus usum sermonum  
ut (quemadmodum ait *Plutarchus* *συμ*  
Musis Bacchum diluant, quem animi  
*χαιρότην*, hoc est, benignum & ben  
Equidem ô durum vestræ hilaritatis  
rantiaæ symbolum, si Martem in cur  
quam in cohorte,

*quam cum sanguineo sequitur Bel*  
proposituri videamini. Nam Musæ p  
lim literatorum ita vestræ lætitiæ præ  
Qvis lubenti unquam animo fingere  
inter Musas tumultuantem? Sed sic  
nes vestra procedant hilaritatis signa,  
in re quàm periculosâ & suspectâ. imo  
potius quàm Martis exercitiis ostend  
totius sapientiæ moderatrices & carn  
ficæ inventrices creditæ sunt: Qu  
magis amænitates, eæq; castæ ta  
(*vid. Natal. Comit. Mythol. lib. 7. c. 1*

unde vi  
culos po  
*convidium*  
*. nec non*  
honesti  
animos.  
*one condi*  
tatis stu  
uerit τῶν  
deducit  
yis dicta  
argutis  
*l. cent. I.*  
nus mo  
icorum,  
*l. qv. 1.)*  
λίχιον &  
stabant.  
ntempe  
um tan

omnis o  
æ erant.  
Martem  
a sermo  
æso, aliâ  
lularum  
Musæ  
ac Mu  
musicæ  
oderatæ  
in deli  
ciis



the scale towards document